

Johann Deutschmann Johann Christoph Galli

Disputatio Theologica, De Christi Hominis Ad Dextram Dei Sessione

[Wittenberg]: Henckelius, 1664

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749656425>

Druck Freier  Zugang





48


49. els.

Fa-1092 (48.)

16. Jo. Seb. Dentius de Judaeorum veterum factationibus et religio-
nis ad Lev. 20. xxxii. 6. 19. Lips. 1798.
17. Jo. Geo. Michaelis de decibus quibus ^{purgationi} sacrificia Levitic. inspi-
rit eorumque mysteria ad Levit. xvi. 1-8 Hal. 1797.
18. Jo. Christo. Wichmannus haufen de corpore feisuffis et fequies non
ruentado ad Levit. xxx. 28. Wittenb. 1719.
19. Jo. Geo. Abichtius de servorum Hebraeorum acquisitione
et mancipio servitio ad Levit. xxx. 29. 30. 31. 32. 33. 34.
3 Joh. math. iii. 11. Joh. xiiii. 4. Lips. 1702.
20. Petr. Jornius de manipulo primitiarum ex messe hordei
Levit. xxiii. 16. ff. 1 Cor. xv. 20. Col. 1. 17. Ed. 1700.
21. Christo. Kortholtus de Virga Aaronis florida ad
Num. xvii. Kil. 1672.
22. Jo. Maier de virga Aaronis florida ad Num. xvii.
o. Wittenb. 1680.
23. Abraham. Calovius de conversione Judaeorum ad Deut. 10.
30. Hof. xiii. 4. 5. Thon. xi. 25. Apocalyp. xix.
6-10. Wittenb. 1679. reus. 1701.
24. Jo. Wich. Helligerus de vestibus quibus Israelitarum in de-
serto ad Deut. xiii. 4. xxix. 5. Neh. ix. 25. Wittenb. 1676.
25. Christo. Schöneich de verbis Moysi Deuter. xxix. 29. Reg.
1721.
26. Jo. Geo. Abichtius de vestibus facis ad Jos. v. 2. Lips. 1712.
27. Em. Tricer. Cobius de Sarcota ad Jos. xix. 29. Wittenb.
1720. rec. Helmst.
28. An. Jan. Habichtshofius de actum Gedeon ad Jos. vii. 24. Hof. 1687.
29. Jo. Frischmuthus de venigmate Sanson ad Jud. xiv. 14. Jan. 1682.
30. Jo. Adm. Schmidius de regina Austria ad 1 Reg. x. 1. Jan.
1695.

31. Jo. Trifschmutter de Eliae Prophetae nomine et profapia
(Reg. XVII. 1. Gen. 1600)
32. Val. Haerli de Ichu celo. ad 2. Reg. X. Lips. 1605.
33. Jo. Geo. Nichtius de Geste Jobi ad Jobi XIX. 25. 26. 27. Lips. 1605.
34. Jo. Andr. Siegrus de formula 477. 797-79 de Geste
 informato ad Job. XIX. 23. Lips. Dresd. 1737.
35. Franc Wolkenius de 51728. in quo pendente sensu ad
 G. XVI. 2. G. A. Witten 1729.
36. Jo. Trifschmutter de Messia in sepulchro non relinquitur
 nullique corruptioni obnoxio ad G. XVI. 10. Jen. 1600.
37. Jo. Trifschmutter de manu non unquam Messias in eundem
 crucifixione perforatione ad G. XII. 37. Jen. 1663.
38. Job. Schmidius de oratione Messias ad G. XVI. 8. Lips. 1690.
 Witten 1730.
39. Jo. Leonh. Reckenberger de specie domus ad G. XVIII. 2.
 13. Jen. 1737.
40. Jo. Deutschmann de Christi hominis ad dextram sedentis
 ad G. CX. 1. Witten 1667.
41. Mich. Pocius de Ornamento festi ad G. XVIII. 27.
 Witten 1677.
42. Programma de nomine Israelis tutelari ad G. XXI.
 Helmst. 1732.
43. Jo. Christi Hebenstreit de pane super aquas mittendo. ad
 Colol. XI. 1. Lips. 1737.
44. Jan. Cor. Schramm de prophetis posteris Helms.
 1734.
45. Jo. Christ. Arthob de auctoritate verbi divini non fidei
 ad Jes. VIII. 20. Lips. 1715.

46. Jo. Frischmuthus propaganda Messiae ad Jes. IX. - 694.
Jer. 1684.
47. Andr. Daniel Habichtshorstius de Domino super nube leui equi
tante et Aegyptum intrante. ad Jes. XLIX. 1. Ross. 1689.
48. Jo. Andr. Darius de Judaeis proprio gladio jugulatis ad Jes.
LIII. Witel 1679.
49. Christo. Sontagius de novissimorum novissimo ad Jes. LXIV. 2.
(Cor. II. 9. Act. 1697.
50. Jo. Friedr. Siebritzi medicatio, quae regiam applicationem
Neumannii ad Jer. XXXIV. 22. examaal Hal. 1797.
51. Jon. Conr. Schramm de cunctis regni Christi in his
terrīs ad Dan VII. 19. 14. 9. 10. Heluss. 1794.
52. Ernst. Friedr. Neubauerus de Michade Messia et
ipso Judaeorum testimonio comprobato ad
Dan XLII. 1. XLII. 1. Jud. v. 9. Apocalyp. XII. 7.
Gies. 1732.
53. Jon. Conr. Schramm novissimum prophetarum de novissimis
voluntatem ad Dan XII. 2. Heluss. 1794.
54. Jo. Christo. Wesius de juvenis laborum ad Reg. XIV. 3.
Witel 1711.
55. Jo. Friedr. Majerus de poenitentia bestiarum Viriuntica
ad Jon III. 7. d. Leip. 1670.
56. Mich. Procius de Rabbini templum tertium fingentibus
ad Hag. II. 7. Witel 1677.
57. Jo. Andr. Quenstedius de deservio omnium gentium ad
Hag. II. 10. Witel 1688.
58. Sam. Leomonius de confectio pacis ad Zach VI. 12. 1.
13. Norn. 1705.
59. Jo. Joloff Neunhertii offem. philol. in Nisch. h. 11. 15. 16. Leip. 1722.
60. Jon. Conr. Schramm programma, quo desensio quaedam
Dentateuchi Worthheimianfi expenditur. Heluss. 1797.



5.
40.

I. N. 7!

DISPUTATIO THEOLOGICA,

De

CHRISTI HOMINIS AD DEX- TRAM DEI SESSIONE

Ad Locum classicum Psalmi CX. v. 1.
adornata,

*Et in celeberrima Electorali Academia VVit-
tebergensi*

SUB PRÆSIDIO

VIRI

PLURIMUM REVERENDI, AMPLISSIMI
ATQVE EXCELLENTISSIMI

DN. JOHANNIS *Deutschmann* /

SS. Theolog. D. & P.P. Alumnorum Elect: Ephori
& Facult. Theol. p. t. Decani,


Publico Eruditorum Examine proposita

à

JOHANNE CHRISTOPHORO GALLI

Divò-Georgiensi Hungaro

*Addiem Aprilis, In Auditorio
Majori.*



Literis MATTHÆI HENCKELII.
ANNO M. DC. LXIV.

E

56.

53.

52.

51.

38

4

40

4

41.

47

41 4

43.

44.



I. N. J.



Quod alias Apostolorum quendam dixisse
vulgò circumfertur : Evangelium esse
Longum Breve : idem de Psalmo CX.
haut immeritò, Eum nempe Longum Bre-
vem esse, pronunciari possit; brevem qui-
dem quoad verba, Longum verò quoad res
Fidei & Mystera in Eo comprehensa, cum
totius *ἱστορίας* Epitomen tam manifestè nobis exhibeat, ut
miram hanc Orationis perspicuitatem, in tanta brevitate, cum
Viris Doctissimis, quorum alius Celeberrimum in Magnitudine
Mysteriorum, alius dulcissimam de venturo Messia exegesis, alius
Primariam Concionem & Clarissimum de CHRISTO vatici-
nium, Eum indigitârunt, admirari necesse habeas. Qui eo etiam
nomine tanti à nobis habitus est, ut ex ea Mysteriorum varietate
Unicum etiam ponderandum susceperimus : eos imitati, qui sta-
turam nequeunt, Caput aut aliquid saltem delineant : ita & nos,
Psalmum meditaturi particulam considerabimus ; particulam
inquam, in qua & tota Redemptoris nostri Majestas, & Ortho-
doxias totus cardo consistit, & quæ non modò olim horrendis
Adversariorum patuit blasphemis ; sed etiamnum post æternæ
Veritatis documenta laceffitur. Quod antequam à nobis fiat,
DOMINUM nostrum in Patris Throno sedentem, supplices
veneramur, ut Virgam Virtutis suæ, de Sion Sanctissimo super
nos emittat i. e. Sapientiam de Cælo suo largiatur, quò non nisi ea
sciamus & credamus, quam, quæ Sanctissima ejus Voluntati gra-
ta & accepta sunt. Sit igitur

Bono Cum DEO.

A 2

Dis-

56.

58.

59.

59.

4

40

4

41

47

42 + 4

43

44

THESIS I.

DISquisitionē De CHRISTI Hominis ad Dextram Dei Sessione instituturi, ex Psalmi Nostri Inscriptio de Autore ejs quare initio possit; num is à Davide, an alio, sive Prophetarū sive Patriarcharū quopiam concinnatus sit; non, ac si nos autorē & auctoritatem ejus dubiam velimus; sed, quod in univēsum de Psalmorum Autore vetus & intricata agitetur Controversia: & inter varia sententiarum divortia etiam hæc si non palmaria, vix postrema tamen obtinuerit: Nullum Psalmum Davidis esse; sed illum tantummodò Librum decem seniorum conscripsisse, hoc est, Labores Adami, Melchisedechi, Abrahami, Asaphi, Hemanis, Sedithuni, Moſis, Asſiri, Elkanæ, & denique Abiaſaphi in unum corpus congeſſiſſe; adeoque Psalmum nostrum CX. à Melchisedecho (quanquam aliis aliis placeat) post Victoriā quandam compositum esse. Verūm cū opinio hæc non solum falsa, sed ad oppugnanda potissimum enervandaque clarissima V.T. testimonia (quod vel ex nostro Psalmo patere potest, quem R. Kimchi à Cantore quodam compositum, de Davide interpretaturus ita orditur: *Dixit Dominus, Domino meo, i. e. qui David est: Sede à Dextris meis &c.*) inventa sit; nos verò Regium Prophetam Autorem Psalmorum, adeoque etiam nostri esse, varia habeamus documenta, cum Judæorum Testimoniis conjuncta, è quibus unicum Aben Ezræ sufficiat, quod in Præfat. super Psalterium ita habet: *Omnis Psalmus in fronteſpicio nomen Davidis inſcriptum habens* (qualis etiam noster est) *verè Davidis cenſetur*; in re manifestissima, non adeò morabimur.

Theſ. II. Quare rem ipsam potius aggredimur, ubi Textum considerantibus prima statim fronte sese offert Persona alloquens quæ יהוה appellatur. Hoc nomen quia Soli Deo proprium est & essentialē, cæteris nempe paribus in casu recto, propriè & sine compositione sive additamento spectatum, hic cum iis, qui aliàs hoc negare (sc. Pontificii, Photiniani, Arminiani, ipse denique Calixtus) non verentur, jam non disputabimus. Hoc tamen non videtur omittendum; Vocem Jehova dupliciter sumi:

Essentialiter, dum ad essentialitatem; & *Personaliter* quatenus ad alterutram Divinitatis Personam restringitur. Hoc igitur in loco

loco voce hæc *Prima Deitatis Persona insinuat* : Pater scilicet æternus. Hic enim non secus ac Filium suum unigenitum misit in hunc mundum, ut opus Redemptionis perficeret; pari etiam ratione ipsum exaltavit, inque Throno Majestatis suæ Eum sedere fecit. Proinde CHRISTUS Homo, honorem istum sibi non sumpsit, sed à Deo Patre, prout jussus erat postulavit Psalm II. 8. quem etiam ipsi hoc loco Pater exhibet.

Th. III. Quam verò Exaltatio hæc activè sumpta sit opus ad extra, quæ omnibus Tribus Personis communia esse, usitatissimo apud Theologos Canone docemur; non igitur tam incommunicabiliter Deo Patri competet, ut Filius & Spiritus Sanctus, qui unius & simplicissimæ sunt cum Patre Essentia excludantur. Ut fonti igitur & principio Trinitatis, Patri Exaltatio non modò in præsentem Psalmo; sed alibi etiam assignatur, ut p. Joh. XVII. 22. Rom. VI. 4. c. VIII. II; Filio ut Patri consubstantiali opus hoc rectè etiam tribuitur. Hinc in Textu nostro cœlestis Pater non dicit: *Collo cabo, vel, sedere Te faciam à Dextris meis: Sed; Sede à Dextris meis*, ut innuatur, potestatem tantæ Majestatis ipsi etiam Filio competere; hinc passivè dicitur confedisse ad Dextram Dei. Matth. XXVI. 7. 64. Humana verò Christi natura, quemadmodum particeps facta est, divinæ & infinitæ Subsistentiæ ex plenitudine Majestatis sibi communicatæ, ita etiam gloriam Nominis obtinuit, ut secundùm utramque Naturam sit Jehova Justitia nostra. Jer. XXIII. 6. Denique nec Spiritui Sancto Uni cum Patre & Filio I. Johann. V, 7. opus hoc Exaltationis denegari debet. Si enim unum est cum reliquis in Essentia, Unum etiam erit in operatione, cum modus operandi sequatur modum Essendi. Imò, hic est Jehova ille ad Davidem loquens, & tam augustissimum Vaticinium ei suppeditans. 2. Sam. XXIII. 2. 3.

Th. IV. Nunc cum de Persona audiente sermo instituendus est, videtur præsupponendum esse Psalmum nostrum non nisi de CHRISTO intelligi debere; quippe cum multi sunt, qui nobis hac in parte litem moveant. Ut nihil dicam de obstinatis Judæorum Rabbinis post Christum natum viventibus, qui, ut propriam culpam se luce Veritatis salvificæ privarent, Psalmum præsentem non de Messia, sed partim de Abrahamo, partim de

A 3

Melchi-

56.

53.

51

51

4

40

4

41.

47.

42. f. 0.

43.

44.

Melchisedeço, partim de Ezechia, partim denique de Davide, & aliis interpretati sunt: Eos solùm commemorem, qui intra Ecclesiæ pomœria; si non eandem cum Judæis, haud multum tamen discrepantem de Psalmo hoc sententiam fovent. Nam ut à Papistis ordiar, ii (ut notum est ex Psalterio Mariæ, cujus autor Bonaventura M. quidam esse censetur) Psalmum nostrum ad Mariam retulerunt, dicentes: *Dixit Dominus Domina mea, sede Mater mea à Dextris meis &c.* Imò supra Christum Eam etiã collocant, tanquam Filio imperantem & præcipientem, solent enim h. m. canere: *Gaude Matriona calica, Tu Ancillam Jesu Christi, Te vocare voluisti: Sed ut docet Lex divina, Tu ipsius es Domina: Nam jus habet & ratio, Matrem præesse Filio. Ergo ora suppliciter & præcipe sublimiter, ut nos sub mundi vespera, ad Regna ducat superna.*

È Socinianis Enjedinus Psalmum hunc literaliter de Davide, *mysticè* de Christo docet esse intelligendum, asserente id D. Giffenio in Zwingl. Calvini. fugiend. Part. II. pag. 93.

Calviniani quanquam protestentur se demonstraturos Judæis firmissimè Psalmum hunc neque in Davidem neque alium quampiam præter solum Christum congruere; *aliquatenus* tamen Davidis Personæ competere posse Calvinus ipse asserit, dicens: *Quia David neque temerè solum ipse conscendit, neque illuc penetravit malis artibus, neque coactus fuit stultis suffragiis, sed DEI mandato regnavit &c.* Atque vi Verborum versiculi 1. prædicat (pergit Calvinus) sibi David aliter datum esse Regnum, quam aliis Regibus terrenis &c. & paulo post addit: *David, qui sibi conscius erat divina Electionis, seque in privato gradu modestè continerat, donec voce Dei regnare jussus, non abs re, à communi grege se eximit, ac si diceret Deum sibi esse regnandi autorem.* Hæc Calvinus commentar. super Pf. CX. fol. 520. 521. Idem iisdem verbis ex Calvino habet Augustin. Marloratus Explic. Eccles. Psalmorum Pf. CX. fol. 369.

Th. V. Sed quis non videt hos omnes Judæis frigidam affundere, & Spiritui S. (ut mox dicetur) in faciem contradicere. Nec juvat Calvinum & Marloratum effugium, quò Judaicum suum palliare volunt, dum dicunt *aliquatenus* saltem de Davide, *proprie* verò de Christo se Pf. h. explicare. Merus enim (judi-

(Judicio B. Hunnii in Calvino Judaizante pag. 172.) est fucus, quod legentium Oculis glaucoma nituntur objicere. Etenim, si sincere scribunt, *Uni Christo proprie* hæc Psalmi verba convenire, cur non de solo Christo ea exponunt? Cur proprium & genuinum reddituri Sensum, ad Davidem ea extendunt. Cur unum sensum literalem in plures alios detorquent?

Th. VI. Nos per Personam Audientem, seu illam, de qua totus hic Psalmus loquitur, non nisi Filium Dei; tùm quidem temporis adhuc *ἀσαρκον*, hic tamen considerandum quatenus incarnandus erat. intelligimus; quod patet,

(1.) Ex voce Ebræa *יהוה*, quæ quamvis nonnunquam de Angelis & Hominibus efferatur, in famosiore significato tamen de Deo, imprimis quando Textus coherentia & circumstantiæ hoc suadent, exponenda est. Vid. Psal. XII. 7. & alibi.

(2.) Ex totius Psalmi contextu, in quo talia prædicata habentur, quæ Homini nudo nullatenus competere possunt. qualia sunt, priorum trium versuum, in quibus Persona & Officium Messæ depingitur, quod nempe iste *יהוה* sit Dominus Davidis, quod sedeat ad Dextram Jehovæ, ibidemque administret Virgam fortitudinis; & quod latè propaget, ex semine Verbi & Evangelii innumeram generando Sobolem, & in medio Inimicorum suorum dominando. Versu Quarto: Officium Sacerdotale, cum Sacerdos secundum ordinem Melchisedech dicitur: Versu quinto & sexto Victoria ejus describitur, quod nempe sit editurus stragem inter Hostes Verbi & Reges Terræ. Et tandem versu septimo, Passio & Resurrectio ejus gloriosa adjicitur, dum Eum exhausto Iræ divinxæ torrente, per divinxæ & infinitæ sublimitatis adoptionem caput exaltaturum prædicat.

(3.) Ex Textus nostri à Christo & Apostolis allegatione, & de solo Filio Dei interpretatione, Qualia sunt Matth. XXII. 43. 44. I. Cor. XV. 25. A. Cor. II. 34. Ebr. I. 13. c. V. 5. 6. & c. Vid. de his D. Salom. Gesnerus in Explic. h. Ps. fol. 739. D. Giffenius in Zwingli. Calvinismo fugiendo part. II. p. 82. 83. D. Dorsch. in Pentadec. Disp. XXII. s. 47. seqq. p. 412. seqq. Qui etiam consensum Adversariorum adducit.

Th. VII. Jam ad Locutionem ipsam deveniendum. Cujus præ

56.

53.

51.

51.

4

41.

4

41.

47.

42. 40.

43.

44.

præ cæteris, modus attendendus est. Is autem Vocula **וַ** in-
 finuatur, quam Sermonem certum & indubitatum notare apud
 Autores est in confesso; Et talem quidem sermonem ut non sim-
 pliciter aliquod dictum, sed certum verum & infallibile signifi-
 cet; Hinc de DEO potissimum & Viris divinitus inspiratis, cum
 quidpiam majus humana attestazione asseveratur, usurpari
 consuevit. Vid. 2. Sam. XXIII. 1. Psalm. XXXVI. 2. &c. Quia verò
 Locutio Deo formaliter tribui nequit, cum Spiritus sit, & orga-
 na talia, externum sermonem efficientia, de Deo concipere
 ab Antroponorphitarum impietate parum absit, non exi-
 guæ difficultatis res est, actum illum per **וַ** Dixit designatum,
 determinare. Explicatum hoc est ab aliis aliter. Nos non intelli-
 gimus. *Dicere Aeternæ Generationis*, quò æternus Filius Dei in
 Immutabili æternitate, extra temporis & ævi conditionem, ge-
 nitus est, de quo in Pl. II. 7. noster Hiero Psalter loquitur. Neque
Dicere aeternæ Consultationis quemadmodum Genes. I. 26. Deus
 dixit: *Faciamus Hominem ad Imaginem nostram* ubi S. S. Tri-
 nitati hoc Dicere tribuitur, quia consultarunt de Homine cre-
 ando. Sed nos intelligimus h. l. per **וַ** actum *Divine sa-
 pientissimæ Ordinationis*, quò ab æterno, Deus Opt. Max. post. præ-
 visum Lapsum Humani generis, de Filio suo ordinavit, ut is Carne
 humana assumpta post exantilatam Seatum Exinanitionis, Mortem
 & Passionem, ad Dextram suam sedeat.

Th. VIII. Ex his ipsum quando Locutionis hujus Divi-
 næ facile patere potest. Id nimirum considerari posse, vel ratio-
 ne 1. *Decreti*, & sic ab æterno exaltationem hanc factam ex præ-
 cedenti thesi patet. Vel ratione 2. *Promulgationis* in tempore
 peractæ. Initium hæc suum in ipso adhuc Paradiso à Deo acce-
 pit, Genes. III. 15. quæ tandem in V. T. propagata, 2. Sam. VII.
 12. 13. Esa. IX. 7. Dan. VII. 14. Conf. Act. III. 18. 21. seqq. In Novo
 demum Testamento à Christo & Apostolis repetita est, qui hoc
Dixit, imprimis verò Christus Matth. XXII. 44. allegant. Vel 3.
 & potissimum quidem *ratione Executionis*, quæ facta est in ipsa
 Exaltatione Christi; Ubi re ipsa Cœlestis Pater Verba hæc *Di-
 xit*, quando Christus ad Dextram suam collocavit.

IX. Quid autem *Dixit* Pater ad Filium? **שֶׁב לְיָמֵי** *Se-
 de ad Dextram meam.* Hæc sunt illa brevissima quidem, magnum
 tamen

tamen Fidei & Religionis nostræ mysterium continentia; quorum etiam causa, exilis hæc nostra Tractatio in præsentia instituitur. Nos confusionis vitanda gratia, *quid Dextra* nomine exprimitur primò ponderabimus. Quia vero *Dextra Quovupia* in Scripturis varia sit & multiplex, res eò majoris videtur esse difficultatis. Quare ne *DEXTRÆ DEI* Naturam indagando, à Veritatis tramite ad sinistram declinemus; Quid non sit, tandem quid sit Dextra Dei, paucis investigabimus.

X. Dextræ igitur nomine h.l. non indigitatur *membrum Corporis* humani, quod est vel in manu, vel in situ loci. Deus enim cum Spiritus sit, locum hæc in eo habere non possunt. Secus ac somniavit *Vorskius*, *DEO corpus*, in latiore significatione sumptum, attribuens, quem & alios complures notavit Dn. D. Stephan. Klotz. Disput. Pneutam. VII. p.m. 387. Et nostro seculo *Weigeliani*, & alii *Fanatici*, qui ex consideratione *Dextrae Dei*, eo impietatis prolapsi sunt, ut *Corpus Deo adscribere, non abhorruerint*. Quælia dogmatum monstra, & Cyclopiam Weigelii Theolog. consignavit B. Thummus Error. 27. seqq. Vid. etiam Wendelin. Theol. Christian. in Dedicatione.

XI. Neque (2.) nomine *Dextra locus aliquis cœlestis gaudii circumscriptus & conditus indigitatur*. Dextra enim Dei fuit ab æterno, & erit in æternum. At nullus locus vel fuit ab æterno, vel in æternum manere potest. Cœlum creatum omne corruptioni est obnoxium. Cœli enim creati ad nutum & voluntatem Dei peribunt Ps. C. II. 27. Dextra Dei verò manet in æternum. Hic cornua nobis obvertunt *Pontificii*, qui omne Cœlum, etiam Beatorum creatum faciunt, & consequenter in ejusmodi loco creato Dextram DEI quærunt. Nam et si *Rupertus*, Test. Lorin. in Actor. 1. fol. 25. *curiosum judicat querere & determinare, ubi nam sit Christus in cœlo?* ipse tamen *Lorinus* Christum in convexa cœli empyrei parte statuit; *Maldonatus* etiam Christum in Cœlo Empyreo sedere opinione valde probabili credit in h. l. Quos allegat Dn. D. Bottsaccus Dissens. Pontif. cap. 17. pag. 493. Dn. Licent. Ægid. Strauch. in Lect. Cursor. super hunc Psalmum Dub. 4. §. 3. ex *Arminianis* Episcopium citat, quod is Libr. IV. Instit. c. 1. singulari & fanaticam de Cœlo, in quo Christus ad Dextram Patris opinionem habeat, dum putat locum creatum quidem
B intelligi.

intelligi, sed non in sextiduo Mosaico, verum multò ante tempore
cum Terra quidem, sed diu desolata & inani; Quæ ne computresce-
ret, addit, ventum aliquem magnum qui Spiritus Domini vocatur,
eam agit asse & ventilasse. Insuper, ne Cælum illud Dei per multa se-
cula Incolis careret, fingit Deum unâ cum Eadem, diu ante Mosen
descriptam, condidisse Angelos quoque, non ut Angeli seu Ministri
statim essent, sed tanquam Cæli Incolæ, & domestici quasi Dei ac con-
tubernales. Hæc nugatur Episcopus, & ita quidem, ut à nupero
illo Præ-Adamitarum Conditore parum discrepet.

XII. Calviniani huc quoque merito annumerandi sunt.
Nam, si vel maximè speciosè satis de Dextra Dei loquantur quod
scil. eâ Summa Dei Potentia, Majestas, & Gloria denotetur. Wen-
delin. Theol. Christian. Lib. I. c. 18. pag. 311. Turpissimam tamen,
ut puto, contradictionem committunt; Quamdiu enim Dogma
de locali circumscriptione Carnis Christi exaltatæ defendunt,
quamdiu etiam cum Pontificiis docent, Cælum quod Dei & Bea-
torum Habitaculum dicitur, locum quendam creatum esse;
tamdiu Dextram Dei locum aliquem circumscrip-tum affirmant.
Si enim CHRISTUS sedet, ad Dextram Dei, locus autem in
quo CHRISTUS sedet, est spatium quoddam definitivum;
patet evidenter Dextram Dei per ejusmodi locum definiendam
esse. Hac autem de re Wendelin. l. c. p. m. 310. ita disserit: Ter-
minus ad quem (scil. Christus conscendit) fuit, & etiamnum est
locus sive spatium quoddam definitivum, in quo veluti palatio suo re-
gali & angusto Christus corpore suo residet, summe gloriosus, non ma-
gis ullis conclusus angustiis, quam cum in hoc sublunari Orbe olim li-
berè & pro arbitrio ambularet, quocunque vellet. Confer. Confess.
Helvet. pag. 101. ubi dicitur: Dextra ad quam Christus conscendit,
etsi Majestatis Consortium equale significet, pro certo tamen accipi-
tur loco. Quæ citat Dn. D. Dannhauer: & plura alia in Hodo-
mor. Spiritus Calvin. Phantasm. VIII. §. 84. p. 1741.

XIII. Putant quidem Calviniani Scripturam Sacram
causâ suâ hâc in parte patrocinari, cum dicitur CHRISTUM con-
stitutum esse ad Dextram suam in Cælestibus Eph. I. 20. Col. III. 1.
Quod Christus ingressus sit in Cælum, & plura quæ Wendelin.
Theol. Christian. pag. 310. urget: Verum tantum abest, ut id
quod intendit Wendelinus, Scriptura S. asserat, ut potius, con-
trarium evidentissimè doceat, scil. Dextram Dei esse Ubique; le-
gantur

gantur solum Verba Psalmi 139. v. 1. 7. 8. 9. & dispalescet Wendelini Scripturae in sensum iniquum detorsio. Enim vero, si loca ab eo adducta accuratius perpendantur, apparebit, phrasibus illis, non locum ultra mundani alicujus Coeli Creatum & corporeum: sed Divinam potius Sublimitatem, Eminentiam & Majestatem indigitari; alias enim simili modo colligere possem ex Matth. v. 1. 9. *Pater noster est in caelis*, Ergo loco aliquo definitus, quod tamen nec Wendelinus ipse concesserit cum scribat in Theol. Christiana l. 1. c. 1. Th. 12. p. 59. *Immensitatem esse proprietatem Dei, qua omnes Essentiae terminos excludit*. Non igitur infrequens est Scripturae S. terminos, qui alias notant differentias locales, cum de Deo & divinis rebus praedicantur, *περιὶ οὐρανόθεν* amittere. Hinc Johann. III. 31. cap. VIII. 23. de Christo dicitur quod de *Sursum* venerit; quod nihil aliud, quam ejus inclinatio de Spirituali & gloriosa Majestate ad corporis nostri vilitatem indicatur. Hinc Augustinus (quem citat Dn. D. Fewerborn Fascic. IV. Disput. III. pag. 95.) eleganter scribit: *Christus erat de supernis: De quibus supernis? De Aere? Absit ibi & Aves volant. De Coelo quod videmus? Et hoc absit, ibi & Stella & Sol & Luna circumveniunt. De Angelis? Neque hoc intelligaris, per Illum & Angeli facti sunt, per quem omnia facta sunt. De quibus ergo Supernis? Ab ipso Patre. Nihil illi DEO superius, qui Verbum genuit aequale sibi coaeternum, sine tempore, per quem conderet omnia! Sic ergo accipe Christum de supernis, ut excedas cogitatione tua omne, quod factum est, universam omnino creaturam omne corpus, omnem conditum Spiritum, omnem rem quoquo modo mutabilem.*

XIV. Neque () Dextrae nomine h. l. *Relatio quaedam ad Sinistram* intelligenda. Haec enim ita comparata est, ut etiam Electi atque Fideles ad eam evehi possint, quod patet ex Matth. XX, 20. seqq. Marc. X. 35. Dextrae vero DEI ea est natura ut ne Angelus quidem ad eam assurgere queat. Ebr. I. 13. Notandum ea propter est discrimen inter Dextram *absolutè*: & *relatè* spectatam. *Illa* est omnibus Tribus Deitatis Personis indivisè communis: *Hec* scil. *Relatè* sumpta, est itidem vel *Dextra Patris* in relatione ad Filium, quoad aeternam generationem ratione Deitatis; quoad Unionis gratiam ratione Humanitatis ei communicata: *Vel Dextra CHRISTI* cui opponitur Sinistra, &

B 2

Matth.

56.

53.

51.

51.

4

40

4

41.

47.

42. + 0

43.

44.

Matth. XX. v. 20. describitur. Est autem nihil aliud quam participatio cœlestis Beatitudinis, cum aliqua gradûs sublimioris excellentia præ reliquis. Hoc sensu Dextra spectata localis positus intelligitur, adeoq; cum Dextra Dei minime est confundenda. Quando verò vox Dextræ & Sinistræ Christo attribuitur in *exercitio Judicii Extremi* in ordine ad Homines bonos aut malos; tùm ibi per *Dextram* CHRISTI Majestas ejus Infinita misericorditer liberans, salvans & beans: per *sinistram* verò Majestas Christi Infinitè vindicans, puniens & damnans notatur. V. Dorsch. p. 451.

XV. Cum igitur Dextra Dei, nec Membrum aliquod corporeum, nec Locum propriè dictum vel creatum, nec præterea Relationem quandam ad Sinistram notet, restat, ut in propriam a: que formalem ejus rationem inquiramus? Vult ea propter Psaltes. h. l. per Dextram Dei, *Divinam Virtutem, Infinitam Potentiam, atq; Majestatem increatam intelligi.*

Quod vel exinde manifestum esse potest, quod à Christo & Apostolis per Dextram Virtutis Dei, Matth. XXVI. 64. Dextram Majestatis, Ebr. I. 3. Ebr. XII. 1. explicetur. Hinc patet quicquid Deo, id etiam Dextræ ejus tribui. Dicimus Deum Imensum, & Dextra ejus Immensa est, Credimus Deum Æternum? & Dextram ejus talem confiteri necesse habemus. Veremur & veneramur Deum Potentissimum? quidni igitur & Dextram Dei talem agnoscamus? Hinc ille Divinorum Oraculorum Cancellarius Exod. XV. 6. exclamat: *Dextra Tua Domine magnificata est in Fortitudine! Dextra Tua Domine franges inimicum!* ac si dicat Moyses: Ex hæc Dextra, gloria, fortitudo & Salus Israelitarum: Ob hujus itaq; Dextræ fortitudinem, Te Jehova DEUM Patrûm nostrorum laudamus, &c.

XVI. Ne autem mirum alicui videatur per rem, à rebus corporeis desumptam, Deum, Majestatem & Gloriam suam exprimere voluisse; placet enim hoc Spiritui sancto quàm maxime, ut nos eò facilius ad spiritualia concipienda alliciat. Hinc etiam hoc in negotio non tantùm *Dextre* nomine, sed etiam *Manûs, Brachii* utitur. Quemadmodum enim in Brachio omnis corporis vis consistit; & manus dextra hominis firmior, vigetior, strenuior & robustior præ sinistra censetur: Ita etiam per *Brachium Domini Virtus Divina, Infinita, Incommunicabilis,*
Omni-

Omnipotens, Omnipræsens, Omnibus dominans, denotatur. Hinc Exod. VI. 6. dicitur *Brachium excelsum Jer. XXXVII. 5. Brachium extensum*, quod nempe sese supernè & infernè extendat. Imò omnia fere, quæ Deo tribuuntur, de Brachio in Scriptura S. dicuntur; & quæ Brachio, illa etiam de Manibus subsumi possunt.

XVII. Tantùm de Dextræ Dei Quidditate: *ad Sessionem* nobis properandum. De hac varia, variorum placita & commentationes alibi videantur. Nos instituti ratione habita unicò duntaxat verbo, Voculam שׁוּב in Textu Originali positam, à Rad. שׁוּב , propriè sedit, habitavit, commoratus est, descendere dicimus. De qua Buxtorff. in Lex videri potest. Sumitur autem hæc Vox partim in *sensu Juritico*, quemadmodum Judices sedere dicuntur; hinc Dies Sessionum apud eos, quibus Prætor sui copiam facit: Plin. libr. VI. ad Roman. sedebant Judices centum & octoginta: partim in *sensu proprio s. physico* pro Hominum in certo aliquo loco Sessione; partim denique in *sensu Theologico*, ubi vel *pro quiete & tranquillitate*, vel *dominatu & gubernatione* in Scriptura S. usurpatur. Idque partim de Deo partim de Hominibus. De Hominibus Exod. II. 5. Primogenitus Pharaonis cui jura Majestatis & Regni competunt juræ Primogenituræ. Exod. XVIII. v. 13. Moses. sedere dicitur, gubernare & judicare Populum Israel, I. Reg. I. 13. Salomon sedebit super Solium meum &c. De Deo variis modis, Sedere enim Deus dicitur *super Cherubui I. Sam. IV. 4.* quo innuitur tum præsentia diviua gratiosa, quâ Tota SS. Trinitas primum Tabernaculo fœderis; deinde etiã templo Hierosolymitano suã Majestati & beneficia ita quasi obstrinxit, ut ex Arca fœderis. Propitiatorio &c. singulariter sese manifestare decreverit: Tû Præsentia diviua Universalis, quâ super omnes creaturas etiam Cherubicos & Seraphicos Spiritûs, potentissimè & sapientissimè dominatur: Sedere Deus dicitur super Solium excelsum & omnem Exercitum Cœli assistentem ei à Dextris & Sinistris I. Reg. XXII. 19. Sedere denique visus est in Throno excelso & elevato, ex qua Visione Majestâs; Trifragio verò ab Angelis audito, Mysterium S.S. Trinitatis demonstrari solet. Et ultimæ hujus acceptionis membrum imprimis posterius, præsentis est considerationis.

B 3

XVIII. Vg-

56.

53.

51.

51.

4

40

4

41.

47.

42. + 0

43.

44.

XVIII. Verum enimvero, cum de Sessione Scriptura loquitur fit id duobus modis: vel *absolutè* omnibus Tribus Deitatis Personis competente, vel in *Complexo* & sic Sessio ad Dextram Patris vel Dei restricta soli Filio quoad humanam Naturam propria est. Non tamen putandum ex Sessione nudà & Sessione ad Dextram discrimen Essentiale interesse; Sessio enim ad Dextram non est majoris aut minoris excellentiæ, quam ipsa Sessio. Ex eo enim quod Filio DEI resp. humanæ Naturæ tribuitur Sessio ad Dextram Dei relata, non Sessionis inæqualitas; sed Domini, Majestatis & Divinitatis respectus attenditur.

XIX. Insuper benè observandum esse monet Dn. D. Dannhavv. in Christoph. Sect. III. Art. 8. §. 55. Phrases has *habere Dextram, esse alicui, vel stare à Dextris* seu *habere Deum à Dextris* longè distinctas esse à phrasi: *Sedere ad Dextram Dei*. Etenim Filius Dei etiam *ἀσθεν* & Dextram per æternam Generationem sibi communicatam habuit; sed ita (*ἀσθεν* & sc.) consideratus nō sedit ad Dextrā Dei: Itē: Humana Christi Natura in statu Exinanitionis, habuit etiam Dextrā, vi Personalis Unionis sibi communicatam; non tamen in statu Exinanitionis sedit ad dextram Dei. Item: Habent Fideles Deum (cum signa gratiæ Divinæ in anxietatibus constituti sentiunt, quod ipsi Proto martyri Stephano accidit, qui in extrema adversitate Filium Dei vidit oculis corporalibus asserente id Dn. D. Dannhaw. Hodo-mor. Phantasm. 8. p. 1735. cui assentitur Venerandus noster Dn. D. Scharff. In Disp. Solenni de Majest. Carnis Christi ante semestre habita §. 57. seqq. quamvis D. Meisnero Phil. Sobr. Part. II. Quæst. 2. Membr. I. p. m. 18. Visionem illam mentalem saltem & in Spiritu factam esse placeat) à Dextris, quis autem dicat eos sedere ad Dextram Dei?

XX. Quapropter ut summatim multa complectar, dico, *Sessionem ad Dextram esse soli Christo propriam, quā, Ipse facta Incarnatione, post Peccatorum nostrorum expiationem, Gloriosam à mortuis Resurrectionem, inq̄. Cælos Ascensionem, Divina & Infinita Virtute, in primo Unionis hypostatica momento, carni assumptæ realiter communicata, per modum Substantialis, Divina, Illocalis & ineffabilis Præsentia, super omnia manuum Dei opera, Univerſaliter regnat.* Ita Dn. D. Fewerborn. Fascicul. IV. Disp. III. de Sessione ad Dextram §. 72. cui Unanimi consensu Orthodoxi
D.d.af-

D.d. assentiuntur. Vid. Dn. D. Dorsch. l.c. pag. 491. seqq.
D. Meisner. Phil. Sobr. Part. II. Sect. I. Quæst. 2. p. m. 20. seqq.
D. Dannhavver. *χρῆσταις* Sect. III. Art. 8. §. 56. p. 321. seqq.
Idem in Hodomor. Phantasm. VIII. pag. 1769. Conf. D. Him-
mel Disp. Theol. XIV. §. 57. p. m. 219. & alios complures.

XXI. Ex his jam liquet, sessionem hanc Christo, *quate-
nus Incarnandus erat*, competere, nam, cum Scriptura S. nec
DEO *Αξιωμα* unquam Sessionem ad Dextram tribuat, nec ex
Psalmo nostro contrarium probatum hactenus sit, nos in arduo
hoc fidei nostræ negocio, Scripturæ firmiter inhæremus. Licet
enim tum temporis Filius Hominis nondum assumpserrat car-
nem; quia tamen David in Spiritu Deum incarnandum vocat
suum Dominum; Hinc in vera fide respexit Filii Dei incarnatio-
nem, & incarnati, mortui, resuscitati, inque Cœlos elevati, ad
Dextram Dei Sessionem, quod ex Attributis, quæ in Psalmo no-
stro ad oculum demonstrantur, cuius patere potest. Nec etiam
respexit David CHRISTUM à Dextris Dei à Primo Incarnationis
momento (quod nonnullis placet) sedentem, prius enim de tor-
rente in Via bibisse debebat, quàm Caput exaltaret; In Statu enim
Exinanitionis humilis & vilis erat, quod ad Dextram Dei Se-
dentis esse non potest: Sed ita potius David Dominum suum vi-
dit, ut Unionem hypostaticam, pro causa & fundamento habue-
rit, ad eò, ut sublato hoc, nec Sessionem ad Dextram Patris con-
cipere potuerit vel debuerit: & quod Unione facta, possesio-
nem Majestatis hujus quoad actum primum acceperit, licet a-
ctu secundo, eam haud exercuerit, quod jam ad plenariam ejus
usurpationem, post Ascensionem demùm cœptam, spectat.

XXII. Ex iis quæ Th. 20. dicta sunt, manifestum esse po-
test, *Sessionem* hanc planè *Immensum & Infinitum Dominium ac
Majestatem innuere*. Patet id è Sede & Sessione. Invidè enim in-
dè colligitur Sessionem ad Dextram esse Dominium Potentissi-
mum, Efficacissimum, Gloriosissimum, Omnipræsens, Infini-
tum, Beatissimum, Excellentissimum, Simplicissimum, & Uno,
Verbo, Divinum. Hinc Hagiographus noster consequentia ex
Sessione ista varia recenset, quæ, tantò prolixiora sunt, quò mi-
nùs pagellarum harum angustiis coarctari possunt; apud cita-
tos tamen Autores prolixè cum diducantur, actum agere no-
strum non est.

XXIII.

XXIII. In hanc Sessionis ad Dextram Majestatem injurii sunt, qui eam fingunt:

Geminatam, aliam secundum Divinitatem, secundum humanitatem aliam adeoque finitam, in quorum censum Calviniani spectant. Nam Calvinus ipse in Harmon. p. 350. (cit. Dn. D. Dannhavv. Hodomor. Phant. III. p. 1744.) de his ita loquitur: *Dicitur Christus Sedere ad Dextram Patris, quia Summus Rex Mundi constitutus, quasi secundum ab eo Imperii & Honoris Sedem obtinet. Sedet ergo Christus ad Patris Dextram quia ejus est Vicarius.* Altung. in Exeges. August. Confess. Artic. III. p. 30. *Cum Sessio hæc Summam Christi Majestatem, Summumq; Imperium designet, Summam quoq; Potentiam ei tribuit: Sed Infinitam secundum Deitatem: Finitam vero licet omnium Creaturarum Potentiam Superiorem, adeoq; Deo Proximam secundum Humanitatem. Ex qua distinctione Sessionis (pergit) Christi, juxta distincta ejus principia, nihilo rectius duplex Sessio constituitur, quam ex distinctione duarum Naturarum, aut geminae Operationis, in Una Christi Persona, duplex Christus constituitur.* Conf. Marlorat. in Expos. h. Pf. fol. 369. qui Verba hæc: *Sede à Dextris meis* ita explicat: *Secundum à me Potentia & Imperii gradum obtine.* Ex Pontificiis Genebrardum in h. Pf. Socinianis Enjedinum, & Arminianis Episcoporum Sententiæ istius reos convincit. Dn. Lic. Strauch. in Lect. Cursor. Dub. V. §. 3. Sed impiam hanc Sententiam jam supra rejecimus, ubi per *Dextram Dei*, & Sessionem ad eandem, Majestatem Divinam cum plenarii exercitii usurpatione, quæ nullos gradus, adeoque nec duplicem Infinitam aliam, aliam Finitam Excellentiam inferre potest, expresimus. Ut enim simplex & non gemina est Dextra, Thronus, Sedes Patris; ita non duplex, sed simplex duntaxat, est ad Eam Sessio. Porro igitur nostra assertio manet, scil. *Qui sedet ad Dextram Omnipotentis, ad Dextram Majestatis & Virtutis Dei, ille nec est Vicarius Patris, nec ab eo proximus, quia non in proximo à Patris Throno: Sed in ipso Patris Throno sedet.* Benè enim D. Fevrb. monet, Sententiam hanc nihil minus quam Photinismum sapere.

XXIV. In hanc Filii Dei Majestatem injurii etiam sunt, qui eam (2.) *Vicariam* Naturali contradistinctam faciunt, de qua Walæus ita: *Significat Sessio Christi ad Dextram Patris, non pro-*

*proprie gloriam illam & Regnum Naturale, quod Filio Dei cum Patre Aeterno fuit commune: hoc enim pacto etiam Spiritus Sanctus ad Dextram Patris sederet: Sed Regnum Oeconomicum & Voluntarium in quo tanquam Θεοῦ υἱὸς & Mediator noster ad Ecclesie sue collectionem, ac Defensionem à Patre est constitutus. Hæc Walæus, omnia ex proprio Cerebro conficta & Scripturæ S. contraria. Etenim, Regnum CHRISTI aliud naturale aliud Oeconomicum esse, unde quæso probabitur? De Oeconomico dispiciendum esset, an illud CHRISTO ita sit proprium, ut neque Patris, neque Spiritus S. dici queat. Aut igitur Regnum illud Oeconomicum est Regnum Divinum, aut ab eo distinctum. Si illud; Ergo non erit diversum, & frustra contradistinguetur Regno Dei Naturali. Si hoc? tum non poterit tale Axioma de eo formari: Quicumque Oeconomicè regnat, is est verus Deus. At verò hætenus semper constitit & adhuc dum constat ex Scriptura hæc Propositio: Q. Gubernat Cælum & Terram is est verus Deus. Atqui Christus gubernat Cælum & Terram. Ergo &c. Christus, inquam, est qui regnat in Monte Sion, ex hoc nunc & usque in Seculum. Matth. IV. 7. Christus est, qui regnabit super Domum David, & cujus Regni non erit finis Luc. I. 33. Christus est, Cui debetur Benedictio, Honor & Gloria in Secula Seculorum. Apocal. V. 13. Quare, si distincta sunt Regna, distincti etiam Reges sint necesse est. Gloria igitur illa quæ h. l. fingitur, non est Christi Gloria, sed monstrum potius opinionis Calvinisticæ, confictum ad Gloriam Christi & Veritatem Unionis Personalis obscurandam. Imò, Ignota est Scripturæ S. hæc Sessionis ratio, indigna denique Majestati Domini nostri: Ad eò quidem, ut non videam, quomodo nam Walæus & omnes Sententiæ hujus Patroni illud Concilii Ephes. Anath. VIII. effugere possint, quod sic habet: *Si quis audet dicere assumptum Hominem coadorandum Dei Verbo & conglorificandum & connuncupandum Deum tanquam alterum cum altero &c. Anathema sit.* Confer. hoc lectu dignissima D. Menzeri Verba ad Respons. Crocii pag. 41. quæ etiam extant in Hodomor. D. Dannhaur. p. 1718.*

XXV. Ast nec dum hic finis injuriarum in Verendam Filii Dei Majestatem; haut minus enim hic impingunt, *Qui (3.) Acquisitam seu Merito obtinent Exaltationem & Sessionem ad Dextram*

C

Patris

56.

58.

59.

51.

4

40

4

41.

47.

42. f. 1

43.

44.

Patris hallucinantur. *Scholasticorum Turba*, quam longâ serie
 Dn. D. Bottfacus in Dissens. Pontif. cap. XVII. pag. m. 504. ad-
 ducit, hic Orthodoxis molesta est. Nobis Unicus Johannes de
 Rada sufficiat, qui suam & sociennorum mentem satis explicuit,
 dum Part. III. Controvers. Theologicarum inter Thomam &
 Stotum, Contr. XII. Artic. 3. pag. 350. Conclus. 8. hunc in mo-
 dum commentatur: *Meruit Christus Dominus gloriosam Nomi-
 nis sui Exaltationem & claritatem; hæcque Conclusio* (addit) *de
 Fide est tenenda.* Adducit ibi pro stabilienda hæc conclusione Di-
 cta Scripturæ, Patrum & Scholast. Sub finem v. ejusd. Colum. no-
 vam rursus Quæst. format: An scil. *Christus sui Corporis Gloriam
 acquisiverit & meruerit? Magna* inquit, *de hæc est Controversia,*
p. tamen. 351. postq. varias rationes adduxisset. ipse eam decidit:
Ex his colligitur Christum Orasse Deum, ut ipsum a morte liberaret,
& ut per gloriosam Resurrectionem Se à Mortis potestate & Vinculis
erueret. pro quâ re exauditus fuit. Hinc concludit. Ergo suam Re-
surrectionem & Corporis gloriam promeruit. Pollicem premit Scho-
 lasticis ex Calvin. Cloppenburgius in Grangran. Anabap. p. 153.
Christus (inquiens) quamvis per Unionem hypostaticam nihil ne-
esse habuit sibi mereri; tamen sine periculo affirmatur sibi & nobis
meritum esse Justificationem & Glorificationem. Verum cum &
 hæc opinio sit & erroria & periculosa, & Scripturæ Sacræ suffra-
 gio (quanquam multa urgeant, benè tamen à D. Fevverborn.
 l. c. refelluntur) destituta, ita ut non tantum *ἀγπα* sit, sed etiã
ἀρνίγπα sit. & multa deniq; ex ea absurda scaturiant; eam
 merito suis autoribus relinquimus, firma fide tenentes: Chri-
 stum nihil quicquam. quocunque tandem id veniat nomine sibi
 ipsi, sed omnia nobis promeruisse; adeoque Exaltationem per
 meritum obtentam, purum putum esse figmentum pronuncia-
 mus.

XXVI. Vidimus & consideravimus ad Dextram Dei
 Sessionem; nunc porrò dispiciendum, secundum quam Natu-
 ram Sessio ista CHRISTO propriè competat? Secundum Hu-
 manam Naturam hanc ei competere, parebit ex proximè di-
 cendis. Antequam autem id determinemus & probemus, præ-
 notandum est, quod Sessionis quidem Dignitas Humanæ Chri-
 sti naturæ in abstracto tribuatur; non quidem *Separationis*, sed
 Pra-

Præcisionis i.e. habito ad Unionem Personalem respectu, sine quâ si (Humana scil. Natura) fuisset Ei neque Majestas, neque exercitium hujus Majestatis, competere potuisset; hinc particula Restrictivæ, *Secundum, Juxta &c.* non sunt notæ vel proprietatis alicujus humanæ Naturalis & Essentialis, vel commixtionis alicujus & confusionis, vel verò alicujus exequationis; sed sunt Voculæ Demonstrativæ & Determinativæ Naturæ, quæ tantæ Sublimitatis verè est consors facta.

XXVII. Quod Christus secundum Humanam, non divinam Naturam Sedeat ad Dextram Dei multis aliàs rationis probari solet. Nos brevitatis ergo ex Textu, unicam atque alteram eruemus; & quidem:

1. *Ex tempore Sessionis.* Sedet enim Christus non ab æterno: Patet id exinde, quia in textu Imperativus ponitur, ושׁב Sede; quod Christo secundum Humanitatem competit. Divinitas enim nullius, vel Imperii, aliàs enim Deo æqualis non fuisset; vel promissionis capax esse potest, quippe quæ nec perfectionis, nec dignitatis, nec eminentioris alicujus gradûs indigit. Ergò sequitur hæc secundum Humanam intelligi debere. Naturam enim quæ sedere jubetur, Filius Dei in Tempore assumpsit. Quæ autem Christo data sunt in tempore illa non secundum Divinitatem, sed Humanitatem sunt intelligenda, ut regula apud Theologos recepta habet.

XXVIII. Probatur (2.) *Ab antegressa Exinanitione:* Secundum quam Naturam Christus se Exinanivit, bibendo de torrente in via, secundum eam etiam exaltatus est. Atqui secundum Humanam Naturam Christus de torrente bibit &c Ergò &c. *Hic obiter notari potest:* Sessionem ad Dextram, non statim à primò Unionis hypostaticæ momento esse factam: partim eò, quod prius debebat de torrente Iræ Divinæ bibisse quam exaltari; partim, quia Sessio Christi in nostro Textu per plenarium Majestatis Christi dominium proponitur. Jam autem in Statu Exinanitionis latuit hæc Majestas, Servi enim formam assumpserat & pro malefico reputatus est Christus; Hinc duo isthæc: Esse in forma Servi, & totaliter ac Universaliter actu ipso dominari opposita sunt, quæ Eidem, secundum Idem & ad Idem attribui nequeunt. Et, quanquã in Statu Exinanitionis Majestatis hujus quædam in-

dicia conspicua fuerint; potest tamen Exinanitio Christi cum aliquali gloriæ Manifestatione optimè consistere, exinde tamen non statim ad plenariam & Universalem Majestatis (quæ Sessionis ad Dextram est formale) Usurpationem inferendum est.

XXIX. Probatur (3.) *Ex Textus in N. T. sæpius facta ad Humanam Naturam restrictione*, quâ in tempore Christum gloriam suam accepisse demonstratur ut: Ephes. I. 20. 21. 22. Ubi Apostolus ait: *Quam potentiam Deus operatus est in Christo Jesu, suscitans illum à mortuis & constituens ad Dextram suam in Cælestibus, super omnem Principatum, & Potestatem, & Virtutem & Dominationem & nomen quod nominatur, non solum in hoc sed & in futuro Seculo &c.* Unde colligitur (1.) Exaltationem illam Soli Christo esse propriam (2.) Propriam ei esse secundum Humanam Naturam; dicit enim Christum esse constitutum ad Dextram Dei, secundum eam Naturam, juxta quam suscitatus erat à mortuis. Hæc verò Humanæ Naturæ est propria, quæ partim Humiliationem seu Mortem, ex qua eximendus erat Christus, partim mutabilitatem quandam, scil. revocationem à Morte ad Gloriam innuit, quorum neutrum in divinam Naturam quadrat; non prius, Deus enim quâ talis, exinaniri non potest; nec posterius, omnis enim mutationis Deus expers est, Malach. III. 6. ad: oq; prædicata mutationem à deterius ad melius esse; à Morte ad Vitam inferentia, respuit. Porro (3.) dicitur quòd secundum eam Naturam Deus Christum exaltavit, secundum quam ante exaltationem non erat super omnem Principatum &c. Sed Christus quoad Divinam Naturam erat super omnem Principatum Ergo &c. Hinc argumentor: Juxta quam Naturam Deus Christum à Mortuis suscitavit, &c. super omnem Principatum, Virtutem & dominationem constituit, juxta illam (vi connexionis Paulinæ) Eum quoq; ad Dextram suam constituit. A. Juxta Humanam, non Divinam Naturam &c. Ergò. Conferantur huc alia loca N. T. Textum nostrum explicantia ut Matth. XXV, 31. cap. XXVI. 64. Marc. XIV. 62. Rom. VIII. 34. c. XVI. 19. Act. II. 32. Phil. II. 9. Cor. XV. 25. Ebr. II. 19. &c. quæ omnia Sessionem ad Humanam Naturam referendam est docent.

XXX. Ex

XXX. Ex reliquis Textûs nostri Circumstantiis proba-
ri (4.) posset, Sessionem ad Humanam Naturam esse referendâ,
nempe 1. Ex Inimicorum ad Scabellum pedum prostratione.
2. Ex Virgæ Virtutis de Sione emissionem. 3. Ex Sacerdotii secun-
dum Ordinem Melchisedechi ordinatione; & denique 4. Ex
Capitis post bibitionem de Torrente exaltatione, quæ omnia
& multò plura, sedulo Psalmi nostri indagatori, Sessionem ad
Dextram Dei, Christo secundum Humanam Naturam compe-
tere demonstrantia suâ spontè & ultrò patebunt; Nobis illa pro-
lixius diducere instituti ratio non permittit; imprimis cum ac-
curatissimè illa jam expedita apud Dn. D. Dorschæum habeantur.

XXXI. Falsissimus itaque est *Johann. de Rada* in Con-
trov. Theolog. inter Thom. & Scotum Part. III. Controv. I. Art. 4.
p. 30. Qui suam suorumve Sententiam à nobis superius jam re-
jectam, ita proponit: *Humanitati non est datum secundum se Se-
dere ad Dextram Patris, sed in Supposito Divino, quod sedet ad
Dextram DEI, cum æquale sit Patri in omnibus. Non ergo Huma-
nitas sedet ad Dextram Dei, sed iste Homo Deus. Imo Humanitati
repugnat sic sedere ad Dextram Dei, qui a per Dextram Dei intelli-
gitur Dei Æqualitas, in Honore, Potestate & Majestate, quæ omnia
Humanitati ut sic repugnant. Non minus etiam falsa, quàm absur-
da est Bellarmini Comparatio Sessionis Christi ad Dextram cum
Purpura Regis alicujus in Solio Sedentis, ut sicut non Purpura, sed
eâ indutus regnare dicatur: ita etiam, non Humana Natura, sed is,
qui assumpsit Humanam Naturam ad Dextram Patris sedeat. Re-
ctè igitur Dn. Fevverborn notat, comparisonem hanc Samosa-
tenianismum & Nestorianismum redolere. Purpura enim in-
quit B. Meisner. Phil. Sobr. Part. II. p. m. 24. nunquam dicitur
sedere in Solio, sed tantum appellatur purpura Sedentis, adeo-
que extrinsecus tantum adjungitur Regi. Atqui inter λόγος &
Carnem ipsius adeo intima & Personalis est unio, ut Verbum
Caro factum fuerit. Joh. I. 14. Quare merito dissimilimam hanc
Similitudinem detestamur & repudiamus.*

XXXII. Calviniani etfi cum Pontificiis Sessionem hanc
non præcisè Humanæ denegent; ad Naturam tamen utramque
eam restringunt. Vid. Henricus Mollerus in hunc Ps. fol. 1039.

56.

53.

51.

51.

4

41.

4

41.

47.

42. f. 0

43.

44.

Wendelin. Theol. Christ. Lib. 1. c. 18. p. m. 307. Qui Christi Divinam Naturam expressè exaltatam asserit, si non Majestatis & Dignitatis acquisitione; ejusdem tamen manifestatione; Ubi verò de Sessione p. 311. sibi Sermo est, semper loco Subjecti assumit Concretum totius Personæ, nunquam abstractum Naturæ, & quamvis speciosè nonnunquam loquatur, semper tamen latet anguis in herba. Quid Nos de Erroneis hisce opinionibus teneamus patet è superioribus, refutatæ apud supra laudatos Viros Excell. videri possunt.

XXXIII. Restat paucis expedienda Sessionis Duratio, quæ in Ps. 110. ita proponitur: *Donec ponam Inimicos Tuos Scabellum pedibus Tuis.* Ubi potissimum de particula עד Donec quaeri solet, an illa h. l. terminum, vel continuitatem importet. Dicimus nos particulam עד continuitatem h. l. & perpetuitatem denotare. Non enim insolens est Scripturæ S. sed usitatisimus omninò tum in V. tum etiam N. T. hic loquendi modus e. g. Psalm CXXIII. 2. *Oculi nostri ad Jehovah Deum nostrum* עַד *donec misereatur nostri*, quasi dicat etiam tempore difficili & duro, interim tamen Oculi nostri semper ad Dominum defixerunt. Confer. Esa. XLVI. 4. Matth. XXVIII. 20. Item alia, plura quæ annotavit B. D. Glassius Philol. Sacr. Lib. III. Tract. 5. Cap. 12. p. 704.

Quare non est Sensus h. l. ac si CHRISTUS tantisper Sessurus sit, donec omnes inimici subjiciantur pedibus ipsius; quia h. l. illud tempus exprimitur, quo videri Christus poterat non sedere ad Dextram Dei, nimirum, quandò Hostes nondum essent pedibus ejus subjecti, & relinquitur intelligendum, postea eum multò magis esse sessurum quando omnes ei subjiciantur, qui vel sunt Corporales, ut Tyranni Hæretici &c. qui Christi imperio hætenus submittere sese detrectabant; vel Spirituales, ut Diabolus, Infernus, Mors &c. Si enim vel maximè Hostes hi pedibus Christi subjecti jam dici possint, quia tamen Deus ipsos rabiem suam quatenus exercere patitur; hinc dicitur nondum omnia esse Christo subjecta, quæ in fine hujus Universi perfectissimè ei subjiciantur. Ipse verò in sempiternum sedebit ad *Dextram Dei*, ut partic. hæc nostra ab Apostolo Ebr. X. 12. interpretatur.

XXXIV.

XXXIV. Faceffant eapropter extrema Impietatis & blasphemia Judæorum de Regno Meffia commenta, quæ tradunt illud tantisper duraturum donec gentes Palestinâ exturbentur, ut ex Tradit. Talmudicis annotârunt Eruditi. Magis tamen adhuc ea absurda sunt, quæ in mundanis Voluptatibus Regnum hoc consistere putant. Fabulantur enim, quòd omnes Judæos congregâturus, eosq; Regio Conviviò magno apparatu & læticia excepturus fit Meffias Ubi omnibus, quæ Deus unquam creavit maximis animalibus, nempe *Bove Behemat, Ave Juchne, & Pisce Leviathan*, Vino item generosissimò, quod in Sextiduo Mosaico Deum ad id præparâsse, adhucq; in Cella Vinaria Adami reservari fingunt, se cibatuos suaviter nugantur. Peracto verò Convivio Meffiam etiam Uxorem ducturum, ac in Matrimonio, Filiis ac Nepotibus auctum, fatò non secùs ac alios homines functurum dicunt. Hucq; adducunt Locum Esai. LIII. 10. *Videbit Semen Longævum & Voluntas Domini in manu ejus dirigetur.* Quod Rabbam ita exponit: *Longævus quidem erit Meffias, sed tandem ipse in magna gloria morietur, & Filius ejus in locum illius regnabit & ita deinceps Posterì omnes.* Quemadmodù hæc prolixè persequitur Clariss. Buxdorff in Synagog. Judic. cap. XXXVI. a. pag. 455. ad 465. Quanquam hæc, que de Vino & Animalibus Buxdorff annotavit, Manasse Ben - Israel in Libr. II. de Resur. Mort. c. 19. p. 225. Improprè de perfectissima omnium rerum Scientia vult esse exponenda.

XXXV. Faceffant etiam *Sociniani*, (à quibus *Maccovius* parùm differt. qui in Theol. Polem. Script. Posthumo p. 129. inter Regni efficaciam & officium distinguit, & hoc cessare eò quamvis manente asserit) qui Regni Christi, ejusdemque Sessionis aternitatem impugnant; quò ipso non tantùm præsentì nostro textui, verùm aliis Scripturæ clarissimis locis impiè contradicunt. Dicit nimirum Daniel *Potestatem Domini nostri aternam fore & Regnum ejus hanc corruptum iri*; cap. VII. 14. id quod ipse Legatus cœlestis Luc. I. 33. approbat; cui omnes Angelorum chori succenturiantur, canentes: *Factum est Regnum hujus Mundi Domini nostri & Christi ejus, & regnabit in Secula Seculorum.* Apocal. XI. 15.

Nec juvat Enjedinum Locus 1. Cor. XV. 24. ubi dicitur quòd *Christus Regnum DEO Patri sit traditurus.* Nam aliud est
Regi-

Regimen ipsum, aliud modus Regiminis; hunc immutatum concedimus, illud verò cessaturum negamus. Modum inquam, sc. administrationem Regni Sceptro verbi prædicati & auditi & dispensatione Sacramentorum, post finem Mundi cessare I. Cor. XIII. 8. Non item Regnum Christi. quod Patres Concilii Niceni rectè in clausula Articuli Secundi his Verbis expresserunt: Et Regni eius non erit finis.

XXXVI. Nunc etiam subjungenda esset fluens ex Doctrina hæc Omnipræsentia Majestas, quæ vel est Universalis vel Gratiosa, vel Gloriosa; verùm cum res multò prolixior est & ponderosior, quàm ut per defectum pagellæ hic subjungi possit; Nos in simplicissima ista de Sessione Christi Homini ad Dextram DEI Doctrina acquiescimus, dicentes:


*S. denti in Throno Agno Immaculato, Sit Laus, Honor
& Gloria, in Secula Seculorum
Amen!*





C*hristum ²¹⁵⁰ua xoi nolunt ad Sidera vectum;
Pars rapiunt celsi Sceptra tremenda Poli.
Hæc ut tu eripias his Hostibus, acria misces
Prælia pro Christo, prælia proque Deo.
Digna hæc Te res est, Galli doctissime. Perge,
Sic decertantem præmia certa manent.*


JOHANNES MEISNERUS D.
h. t. Rector.











XXXIV. Faceſſant ea propter extrema
blaſphemiam Judæorum de Regno Meſſiæ commet
dunt illud tantisper duraturum donec gentes Pa
bentur, ut ex Tradit. Talmudicis annotârunt B
tamen adhuc ea abſurda ſunt, quæ in mundanis
Regnum hoc conſiſtere putant. Fabulantur enim
Judæos congregaturus, eoſq; Regio Conviviô ma
& lætitiæ excepturus ſit Meſſias Ubi omnibus, quæ
creavit maximis animalibus, nempe *Bovæ Behemo*
& *Piſce Leviathan*, Vino item generoſiſſimô, quo
Moſaico Deum ad id præparâſſe, adhucq; in Cella
mi reſervari fingunt, ſe cibatuſos ſuaviter nugant
verò Convivio Meſſiam etiam Uxorem ducturum
monio, Filiis ac Nepotibus auctum, fatò non ſecu
mines functurum dicunt. Hucq; adducunt Locum
Videbit Semen Longævum & Voluntas Domini in ma
tur. Quid Rambam ita exponit: Longævus quidem er
tandem ipſe in magna gloria morietur, & Filius ejus
regnabit & ita deinceps Poſteri omnes. Quemadmod
perſequitur Clariff. Buxdorff in Synagog. Judic.
a. pag. 455. ad 465. Quanquam hæc, que de Vino &
Buxdorff annotavit, Manaffe Ben - Iſrael in Libr
Mort. c. 19. p. 225. Improprîe de perfectiſſima om
Scientia vult eſſe exponenda.

XXXV. Faceſſant etiam Sociniani, (à qui
vius parùm differt. qui in Theol. Polem. Script. Po
inter Regni efficaciam & officium diſtinguit, & hoc ceſſ
vis manente aſſerit) qui Regni Chriſti, ejuſdemque S
tatem impugnant; quò ipſo non tantùm præſenti
verùm aliis Scripturæ clariffimis locis impiè conti
cit nimirum Daniel *Poteſtatem Domini noſtri æternu*
gnum ejus hant corruptum iri; cap. VII. 14. id quod
cœleſtis Luc. I. 33. approbat; cui omnes Angelorū
centuriantur, canentes: *Factum eſt Regnum hujus*
noſtri & Chriſti ejus, & regnabit in ſecula ſeculorum.

Nec juvat Enjedinum Locus 1. Cor. XV. 24
quòd Chriſtus Regnum DEO Patri ſit traditurum.



56.

53.

55.

57.

4

40

4

41

47

42

43

44